Nach der Aufdeckung der Pisonischen Verschwörung wurde Thrasea Paetus 66 n. Chr. des Hochverrats angeklagt und zum Tode nach freier Wahl verurteilt. Tacitus schildert sein Ende: Als er sich die Pulsadern öffnen ließ und mit seinem Blut den Boden besprengte, rief er den Überbringer des Todesurteils, einen jungen Quästor, näher heran und sagte: „Wir opfern Jupiter dem Befreier. Sich her, junger Mann ... Du bist in Zeiten hineingeboren, in denen es dienlich sein kann, den Mut zu festigen an aufrechten Beispielen.“

(E) Accepto dehinc senatus consulto Helvidium¹²⁷ et Demetrium¹²⁸ in cubiculum inducit; porrectisque utriusque brachii venis, postquam cruorem effudit, humum super¹²⁹ spargens, propius vocato quaestore „libamus“ inquit „lovi liberatori; specta, invenis! Et omen¹³⁰ quidem dii prohibeant; ceterum in ea tempora natus es, quibus firmare animum expedit¹³¹ constantibus exemplis.“ (E)

„Wie er das Blut da unten sah ...“ 91

Bis weit in die christliche Zeit hinein ist die Kritik an den blutigen Gladiatorenkämpfen in den römischen Amphitheatern nur vereinzelt laut geworden. Um 400 n. Chr., kurz vor dem Ende dieser Spiele, schildert der Kirchenvater Augustinus mit unverkennbarem Schauer, wie sein Schüler Alypius in Rom „von dem unglaublichen Rachen des Gladiatorenschauspiels und auf unglaubliche Weise verschlungen wurde“:

Cum enim aversaretur¹³² et detestaretur talia, quidam eius amici et condiscipuli, cum forte de prandio redeuntibus pervium esset¹³³, recusantem vehementer et resistentem familiari violentia duxerunt in amphitheatrum – crudelium et funestorum ludorum diebus – haec dicentem: „Si corpus meum in locum illum trahitis et ibi constituitis, numquid et animum et oculos meos in illa spectacula potestis intendere? Adero itaque absens ac sic et vos et illa

¹²⁷ **Helvidius:** Schwiegersohn des Thrasea Paetus

¹²⁸ **Demetrius:** kynischer Philosoph

¹²⁹ **super:** kann unübersetzt bleiben

¹³⁰ **omen:** dass das ein Vorzeichen sein, ...

¹³¹ **expedit:** es ist nützlich

¹³² **aversor 1:** verurteilen

¹³³ **pervium esset:** über den Weg lief

superabo.“ Quibus auditis illi nihilo setius¹³⁴ eum adduxerunt secum idipsum forte explorare cupientes, utrum posset¹³⁵ efficere.

Quo ubi ventum est et sedibus, quibus potuerunt, locati sunt, fervebant omnia immanissimis voluptatibus. Ille clausis foribus¹³⁶ oculorum interdixit animo, ne in tanta mala procederet.

Atque utinam et aures obturavisset! Nam quodam pugnae casu, cum clamor ingens totius populi vehementer eum pulsasset, curiositate victus et quasi paratus¹³⁷, quidquid illud esset, etiam visum contemnere et vincere, aperuit oculos. Et percussus est graviore vulnere in anima, quam ille in corpore, quem cernere concupivit; ceciditque miserabilius quam ille, quo cadente¹³⁸ factus est clamor. Qui per eius aures intravit et reseravit¹³⁹ eius lumina, ut esset¹⁴⁰, qua feriretur et deiceretur¹⁴¹ audax adhuc potius quam fortis animus. ...

Ut enim vidit illum sanguinem, immanitatem¹⁴² simul ebibit et non se avertit, sed fixit aspectum et hauriebat furias¹⁴³ et nesciebat¹⁴⁴, et delectabatur scelere certaminis et cruenta voluptate inebriabatur. Et non erat iam ille, qui venerat, sed unus de turba, ad quam venerat, et verus eorum socius, a quibus adductus erat. Quid plura? Spectavit, clamavit, exarsit, abstulit inde secum insaniam, qua stimularetur redire non tantum cum illis, a quibus prius abstractus est, sed etiam prae illis et alios trahens.

Die Sorge „um sich selbst“ (E; vgl. 96)

Der große Frager Sokrates hat der Philosophie die Wendung von der Kosmologie zur Ethik gegeben; er hat, mit Ciceros Worten, „als Erster die Philosophie vom Himmel herabgerufen ... und sie dazu angehalten, ihre Fragen auf das Leben, das Handeln und das Gute und Schlechte darin zu richten“.

Sed ab antiqua philosophia usque ad Socratem ... numeri motusque¹⁴⁵ tractabantur, et unde omnia¹⁴⁶ orerentur quove¹⁴⁷ reciderent, studioseque ab iis siderum² magnitudines,

¹³⁴ **nihilo setius**: nichtsdestoweniger

¹³⁵ Subjekt ist Alypius.

¹³⁶ **foris**, -is f.: Türflügel (hier metaphorisch gebraucht)

¹³⁷ Konstruktionshilfe: **paratus etiam visum contemnere et vincere, quidquid id esset, ...**

¹³⁸ **quo cadente**: löse mit Präpositionalausdruck auf!

¹³⁹ **resero 1**: öffnen

¹⁴⁰ **esset <via>**

¹⁴¹ **deicio** M, -ieci, -iectus: zu Fall bringen

¹⁴² **immanitas**, -atis f.: Rohheit, Blutgier

¹⁴³ **furia**, -ae f.: Furie, Rachegöttin; metonymisch: Wahnsinn, Raserei

¹⁴⁴ **nesciebat**: und bemerkte es nicht

¹⁴⁵ **numeri motusque**: Zahlenverhältnisse und Bewegungsgesetze

¹⁴⁶ **omnia**: alles Seiende

¹⁴⁷ **quove** = et quo: und wohin, worauf

intervalla, cursus anquirebantur et cuncta caelestia¹⁴⁸. Socrates autem primus⁴ philosophiam devocavit e caelo¹⁴⁹ et in urbibus conlocavit¹⁵⁰ et in domus etiam introduxit et coegit de vita et moribus rebusque bonis et malis quaerere.

Cuius multiplex ratio disputandi rerumque varietas¹⁵¹ et ingenii magnitudo ... plura genera¹⁵² effecit dissentientium philosophorum, e quibus nos id¹⁵³ potissimum consecuti sumus, quo¹⁵⁴ Socratem usum esse arbitrabamur, ut nostram ipsi sententiam tegeremus¹⁵⁵, errore alios levaremus et in omni disputatione¹⁵⁶, quid⁷ esset simillimum veri¹⁵⁷, quaereremus ...

Fragen zum Textverständnis:

1. Womit beschäftigte sich die *antiqua philosophia*?
2. Welche entscheidende Wende führte Sokrates herbei?
3. Der bildhafte Ausdruck *e caelo devocavit et in urbibus conlocavit* kann auf zwei Ebenen verstanden werden. Erklären Sie die beiden Ebenen!
4. Wie charakterisiert Cicero Sokrates' Art und Weise des philosophischen Gesprächs?

In Platons „Verteidigungsrede des Sokrates“ – nach dem Schuldspruch der 501 Geschworenen – erhebt Sokrates den Anspruch, seinen Mitbürgern die „größte Wohltat“ erwiesen zu haben, indem er sie so eindringlich wie beharrlich zur Sorge um „sich selbst“ statt um alles Drum und Dran wie das Vermögen oder eine politische Karriere aufgerufen habe:

Ich versuchte ja, einen jeden von euch dazu zu bringen, sich nicht eher um irgendetwas von seinen Angelegenheiten zu kümmern, als bis ers ich um sich selbst gekümmert hätte, das heißt: dass er so gut und vernünftig würde wie nur irgend möglich, und nicht eher um irgendetwas von den Angelegenheiten der Stadt, als bis ers ich um die Stadt selbst gekümmert hätte, und so auch um alles andere in entsprechender Weise.“

„Alles, was mein ist“ – omnia mecum porto mea 100

Die Anekdote, aus der das geflügelte „Omnia mecum porto mea“ aufgefliegen ist, wird bald dem alten Bias von Priene, einem der sieben Weisen, bald dem zwei Jahrhunderte jüngeren Philsophen Stilpon von Megara zugeschrieben. Unser ältester Gewährsmann Cicero lässt die Autorschaft in der Schwebe; er zitiert den Ausspruch in seinen „Paradoxa¹⁵⁸ der Stoiker“ als

¹⁴⁸ **caelestia**, -ium n. Pl.: Himmelserscheinungen

¹⁴⁹ **devocavit e caelo**: eig. „Sokrates rief vom Himmel herab auf die Erde“

¹⁵⁰ **colloco** 1: ansiedeln, verpflanzen

¹⁵¹ **rerum varietas**: Themenvielfalt

¹⁵² **genus**, -eris n.: *hier*: Schule, (Denk-)Richtung

¹⁵³ **id** <genus>

¹⁵⁴ **quo**: relative Verschränkung

¹⁵⁵ **tego** 3: bedecken, zurückhalten

¹⁵⁶ **disputatione** <id>

¹⁵⁷ **verum**, -i n.: Wahrheit

¹⁵⁸ Ein Paradoxon ist eine Aussage, die scheinbar einen unauflösbaren Widerspruch enthält.

ein klassisches Exempel für die Unerschütterlichkeit des stoischen „Weisen“, der den Verlust aller seiner sogenannten „Güter“ in sprichwörtlicher „stoischer Ruhe“ erträgt.

Quam ob rem licet irideat, si qui vult¹⁵⁹, plus apud me tamen vera ratio valebit¹⁶⁰ quam vulgi opinio; neque ego umquam bona¹⁶¹ perdidisse dicam, si quis pecus aut supellectilem¹⁶² amiserit, nec non saepe¹⁶³ laudabo sapientem illum, Biantem¹⁶⁴, ut opinor, qui numeratur in septem sapientibus; cuius cum patriam Prienam cepisset hostis ceterique ita fugerent, ut multa de suis rebus asportarent, cum esset admonitus a quodam, ut idem ipse faceret, „Ego vero“, inquit, „facio; nam omnia mecum porto mea.“

Ille haec ludibria fortunae ne sua quidem esse putavit, quae nos appellamus etiam bona.

Fragen zum Textverständnis:

1. Erklären Sie den Begriff *ludibria fortunae*!
2. Was zählt Cicero zu den (echten) Gütern, was nicht?
3. Wie wird der Inhalt der Sentenz *omnia mecum porto mea* durch die Satzstellung verdeutlicht?
4. Nennen Sie weitere Stilfiguren, die im Text vorkommen!

Ein Schatz im Text – si, quod adest, gratum iuvat ... 103

Glücklich über das Landhaus samt Landgut im Sabinischen, das Maecenas ihm geschenkt hat, beginnt Horaz seine köstliche Satire von städtischer Hetze und ländlicher Muße mit einem Dank- und Wunschgebet an „Majas Sohn“ Merkur, den Gott des rührigen Handels und Wandels, aber auch des unverhofften Finder Glücks. Von einem Schatzfund im Acker lässt Horaz da eine ruhelose Seele träumen, und mitten im Text hat er selbst einen Schatz hineingeheimnist:

Bene est. Nil amplius oro¹⁶⁵,

Maia nate, nisi ut propria haec mihi munera faxis¹⁶⁶. 5

Si neque maiorem feci ratione mala rem¹⁶⁷

nec sum facturus vitio culpave minorem,

¹⁵⁹ **licet irideat, si qui vult:** Wenn auch jemand darüber lacht

¹⁶⁰ **plus valere:** mehr gelten/Einfluss haben

¹⁶¹ **bonum, -n.:** wertvolles Gut, Besitztum

¹⁶² **supellex, supellectilis f.:** Hausrat, bewegliche Güter

¹⁶³ **nec non saepe:** immer wieder

¹⁶⁴ **Bias, Biantis m.:** Bias von Priene (Kleinasien), einer der sieben Weisen (ca. 590 bis 530 v. Chr.)

¹⁶⁵ **oro 1:** erbitten

¹⁶⁶ **faxis = facis**

¹⁶⁷ **res, rei f.:** hier: Vermögen

si veneror stultus¹⁶⁸ nihil horum: „O, si angulus¹⁶⁹ ille
 proximus accedat, qui nunc denormat¹⁷⁰ agellum!“,
 „O, si urnam argenti fors quae¹⁷¹ mihi monstret, ut illi, 10
 thesauro invento qui mercennarius¹⁷² agrum
 illum ipsum mercatus¹⁷³ aravit, dives amico
 Hercule!“, si, quod adest, gratum iuvat, hac prece te oro: 13
 pingue¹⁷⁴ pecus domino facias et cetera praeter
 ingenium¹⁷⁵, utque soles, custos mihi maximus adsis. 15

Epikureisches Myrtengrün 105

Mit einem stillen Bild Epikureischen Sich-Bescheidens hat Horaz sein erstes Odenbuch beschlossen (c. 1,38). In dem kurzen Lied spricht der Dichter, der da – wir denken uns: auf seinem Sabingergut – „unter dichtem Reblaub“ beim Wein sitzt, den jungen Sklaven an, der ihn nach griechischer Trinksitte würdig hatte bekränzen sollen:

Persicos odi, puer, apparatus,
 displicent nexae philyra¹⁷⁶ coronae,
 mitte sectari¹⁷⁷, rosa quo¹⁷⁸ locorum
 sera¹⁷⁹ moretur.

 Simplici myrto nihil adlabores 5
 sedulus, curo¹⁸⁰: neque te ministrum
 dedecet myrtus neque me sub arta¹⁸¹
 vite bibentem.

¹⁶⁸ **stultus**: in törichter Weise

¹⁶⁹ **angelus**, -i m.: Ecke (eines Grundstücks)

¹⁷⁰ **denormo** 1: unregelmäßig machen

¹⁷¹ **quae**: kann unübersetzt bleiben

¹⁷² **mercennarius**, -i m.: Tagelöhner

¹⁷³ **mercor** 1: kaufen; **mercatus**: Pc zu **qui**

¹⁷⁴ **pinguis**, -e: fett

¹⁷⁵ **ingenium**, -i n.: Witz, Verstand

¹⁷⁶ **philyra**, -ae f.: Lindenbast

¹⁷⁷ **mitte sectari**: lass das Suchen sein

¹⁷⁸ **quo locorum** = quo loco

¹⁷⁹ **serus** 3: spät; verblüht (?)

¹⁸⁰ **curo** 1: bevorzugen; befehlen; *Konstruktionshilfe*: **curo**, <ut> **nihil adlabores** ...

¹⁸¹ **artus** 3: dicht

Überflüssiges und mehr als Überflüssiges – nostri essemus, si ista nostra non essent 106

Haben: das kann vielerlei bedeuten. Haben wir die Dinge? Oder haben die Dinge uns? Zwei miteinander korrespondierende Stellen aus Senecas Altersbriefen handeln von der Freiheit des Einzelnen im Überfluss, von Gesellschaftszwängen und Modetorheiten, von klingender und anderer Münze, vom Haben und Gehabt-Werden:

Multa quam supervacua¹⁸² essent, non intelleximus, nisi deesse coeperunt; utebatur enim illis non, quia debebamus, sed quia habebamus. Quam multa autem Paramus, quia alii paraverunt, quia apud plerosque sunt! Inter causas malorum nostrorum est, quod vivimus ad exempla, nec ratione componimur¹⁸³, sed consuetudine abducimur¹⁸⁴. Quod si pauci facerent, nollemus imitari, cum plures facere coeperunt – quasi honestius sit, quia frequentius – sequimur; et recti apud nos locum¹⁸⁵ tenet error, ubi publicus factus est.

Quaedam supervacua sunt, quaedam tanti¹⁸⁶ non sunt. Sed hoc non pervidemus et gratuita nobis videntur. quae carissime constant¹⁸⁷.

Ex eo licet stupor noster appareat, quod ea sola putamus emi, pro quibus pecuniam solvimus, ea gratuita vocamus, pro quibus nos ipsos impendimus¹⁸⁸. Quae emere nollemus, si domus nobis nostra pro illis esset danda, si amoenum aliquod fructuosumve praedium – ad ea paratissimi sumus pervenire cum sollicitudine, cum periculo, cum iactura pudoris et libertatis et temporis; adeo nihil est cuique se vilis. ...

Saepe maximum pretium est, pro quo nullum datur. Multa possum tibi ostendere, quae acquisita acceptaque libertatem nobis extorserint; nostri essemus, si ista nostra non essent.

Freiheit, die durch den Magen geht – nihil habeo parati nisi me 108

Unerwartet ist Seneca spätabends auf seinem Landgut eingetroffen. Was die Küchenmannschaft im Herrenhaus, den Koch und den Bäcker, in helle Aufregung versetzt, wird für den müden, hungrigen Spätankömmling zu einem "experimentum animi" zur Erfahrung einer Freiheit, die hier für einmal durch den Magen geht:

¹⁸² **supervacuus** 3: überflüssig

¹⁸³ **ratione componi**: sich von der Vernunft bestimmen/leiten lassen

¹⁸⁴ **abduci**: sich verführen lassen

¹⁸⁵ **locum recti tenere**: für das Richtige gehalten werden

¹⁸⁶ **tanti**: Genetivus pretii

¹⁸⁷ **consto** 1: kosten

¹⁸⁸ **impendo** 3: in Zahlung geben; aufopfern

Itinere confectus incommodo magis quam longo in Albanum¹⁸⁹ meum multanocte¹⁹⁰
 perveni: nihil habeo parati nisi me. Itaque in lectulo lassitudinem pono, hanc coci ac pistoris
 moram¹⁹¹ boni consulo. Mecum enim de hoc ipso loquor, quam nihil sit grave, quod leviter
 excipias, quam indignandum¹⁹² nihil, dum nihil ipse indignando adstruas¹⁹³.
 Non habet panem meus pistor; sed habet vilicus, sed habet atriensis¹⁹⁴, sed habet colonus.
 „Malum panem“ inquis. Expecta: bonus fiet; etiam illum tibi tenerum et siligineum¹⁹⁵ fames
 reddet. ... Quidquid¹⁹⁶ vult, habere nemo potest, illud potest: nolle, quod non habet, rebus
 oblatis hilaris uti. Magna pars libertatis est bene moratus¹⁹⁷ venter et contumeliae¹⁹⁸
 patiens.

Ein Glückskatalog – Quod sis, esse velis nihilque malis ... 111

In einem schlichten, seinem vertrauten Freund und Namensvetter Julius Martialis gewidmeten Freundesgedicht zählt Martial die Dinge auf, die das Leben wenn nicht vollends glücklich, so doch "glücklicher" machen. Von Vers zu Vers schreiten die locker aneinandergereihten Elfsilbler vom Äußeren zum Innersten fort; in den letzten beiden Versen kehrt die bloße Aufzählung zu der freundschaftlichen Ansprache des Anfangs zurück:

Vitam quae faciant beatiorem,
 iucundissime Martialis, haec sunt:
 res¹⁹⁹ non parta labore, sed relicta²⁰⁰;
 Non ingratus ager, focus perennis²⁰¹;
 Lis numquam, toga rara²⁰², mens quieta;
 Vires ingenuae, salubre corpus;
 Prudens simplicitas, pares amici;
 Convictus facilis²⁰³, sine arte mensa;

¹⁸⁹ **Albanum**, -i n.: Landgut in den Albanerbergen

¹⁹⁰ **multanocte**: spätnachts

¹⁹¹ **mora**, -ae f.: Säumigkeit

¹⁹² **indignandus** 3: ärgerlich

¹⁹³ **adstruo** 3: *hier*: dazu machen

¹⁹⁴ **atriensis**, is m.: Sklave im Atrium

¹⁹⁵ **siligineus** 3: aus Weizenmehl; Weizen-

¹⁹⁶ **quidquid**: alles, was

¹⁹⁷ **moratus** 3: wohlgestimmt

¹⁹⁸ **contumelia**, -ae f.: Schmähung

¹⁹⁹ **res**, rei f.: *hier*: Besitz

²⁰⁰ **relicta**: *hier*: ererbt

²⁰¹ **perennis**, -e: nie verlöschend

²⁰² Gemeint sind wenige offizielle Verpflichtungen.

Nox non ebria, sed soluta curis;
Non tristis torus²⁰⁴, et tamen pudicus;
Somnus, qui faciat breves tenebras:
Quod sis, esse velis nihilque malis;
Summum nec metuas diem²⁰⁵ nec optes.

1. Finden Sie Beispiele für die folgenden Stilmittel und -figuren im Text:
Alliteration:
Antithese:
Assonanz:
Asyndeton:
Chiasmus:
Hyperbaton:
Litotes:
Metapher:
Parallelismus:
Trikolon:
2. Untersuchen Sie den inhaltlich/thematischen Aufbau des Gedichtes!
3. Welche der im Epigramm genannten „Glücksbringer“ würden Sie auch für sich persönlich gelten lassen? Welche Dinge sind Ihnen darüber hinaus noch wichtig?

Ein Senior im Hörsaal – tamdiu discendum est, quamdiu vivas 122

Senioren-Akademien und Senioren-Universitäten sind erst allerjüngsten Ursprungs. Der Senior Seneca rechnet noch mit dem Kopfschütteln seiner Umgebung, wenn er dem Junior Lucilius von seinen jüngsten akademischen Eskapaden berichtet und ihm, nach der Kunstregel der Rhetorik, den milden Spott seiner Zeit- und Standesgenossen in den Mund legt:

Vide quam simpliciter²⁰⁶ tecum vivam: hoc quoque tibi committam. Philosophum audio et quidem quintum iam diem habeo, ex quo in scholam eo et ab octava²⁰⁷ disputantem audio.

„Bona“ inquis „aetate.“ Quidni²⁰⁸ bona? Quid autem stultius est quam, quia diu non didiceris, non discere?

„Quid ergo? Idem faciam, quod trossuli²⁰⁹ et iuvenes?“ Bene mecum agitur, si hoc unum

²⁰³ **convictus facilis**: lockere Geselligkeit

²⁰⁴ **torus**, -i m.: Bett; metonymisch für Sexualität

²⁰⁵ **summus dies**: der letzte Tag (vor dem Tod)

²⁰⁶ **simpliciter**: offen

²⁰⁷ **octava <hora>**

²⁰⁸ **quidni**: wieso nicht

²⁰⁹ **trossulus**, -i m.: eitler Mann

senectutem meam dedecet: omnis aetatis homines haec schola admittit. „In hoc²¹⁰
senescamus, ut iuvenes sequamur?“ In theatrum senex ibo et in circum deferar et nullum
par²¹¹ sine me depugnabit: ad philosophum ire erubescam?

Tamdiu discendum est, quamdiu nescias; si proverbio credimus, quamdiu vivas. Nec ulli hoc
rei magis convenit²¹², quam huic: tamdiu discendum est, quemadmodum vivas, quamdiu²¹³
vivas. Ego tamen illic aliquid et doceo. Quaeris, quid doceam? Etiam seni esse discendum.

Die Kinder, die „Freien“ –

Pudore et liberalitate liberos retinere satius esse credo quam metu 126

In Terenzens „Brüdern“, einer Komödie aus dem 2. Jh. v. Chr., steht der liberale Vater Micio seinem autoritären Bruder Demea gegenüber, dessen Sohn Aeschinus er adoptiert hat. Während Micio besorgt auf den über Nacht ausgebliebenen Sohn wartet, vergegenwärtigt er sich die Maximen seiner Erziehung; das lateinische Wort „liberi“ für die „Kinder“ – eigentlich: die „Freien“ – gewinnt dabei eine prägnante Bedeutung:

... Inde ego hunc maiorem adoptavi mihi,

eduxi a parvolo, habui, amavi pro meo,

in eo me oblecto, solum id est carum mihi.

Ille ut item contra me habeat²¹⁴, facio sedulo: 50

do, praetermitto²¹⁵, non necesse habeo omnia²¹⁶

pro meo iure agere; postremo²¹⁷, alii clanculum²¹⁸

patres quae faciunt, quae fert adulescentia,

ea ne me celet, consuefecit filium.

Nam qui mentiri aut fallere institerit²¹⁹ patrem aut 55

audebit, tanto magis audebit ceteros.

Pudore et liberalitate liberos

retinere satius²²⁰ esse credo quam metu. ...

²¹⁰ **in hoc**: dazu

²¹¹ **par**, paris n.: Gladiatorenpaar

²¹² **convenio** 4 (+ Dat.): auf etwas zutreffen

²¹³ **quamdiu**: solange

²¹⁴ **contra me habeat**: sich mir gegenüber verhalten

²¹⁵ **praetermitto**: etw. durchgehen lassen

²¹⁶ **omnia pro meo iure agere**: in allem auf meinem Recht zu bestehen

²¹⁷ ordne um: **postremo filium consuefecit, ne ea me celet, quae alii clanculum patres faciunt, quae adulescentia fert.**

²¹⁸ **clanculum** + Akk.: heimlich vor

²¹⁹ **insisto** 3, -stiti: sich anschicken, es übers Herz bringen

et errat longe mea²²¹ quidem sententia, 65
 qui²²² imperium credat gravius esse aut stabilius
 vi quod fit quam illud quod amicitia adiungitur.
 Mea sic est ratio et sic animum²²³ induco meum:
 malo coactu²²⁴ qui suom²²⁵ officium facit,
 dum²²⁶ id rescitum iri credit, tantisper cavet; 70
 Si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit.
 Ill'²²⁷, quem beneficio adiungas, ex animo facit,
 studet par referre, praesens²²⁸ absensque idem erit.
 Hoc patriumst²²⁹, potiu' consuefacere filium
 sua sponte recte facere quam alieno metu: 75
 Hoc pater ac dominus interest²³⁰. Hoc qui nequit,
 fateatur nescire imperare²³¹ liberis.

1. Trenne die folgenden Wörter in Präfix/Suffix und Grundwort und gib die im Kontext passende deutsche Bedeutung der einzelnen Elemente in Klammern an!

zusammengesetztes Wort	Präfix / Suffix (Bedeutung) + Grundwort (Bedeutung)
eduxi (V. 48)	
parvolus (V. 48)	
praetermitto (V. 51)	
liberalitate (V. 57)	
amicitia (V. 67)	
adiungitur (V. 67)	

2. Wie stehst du dem von Terenz/Micio formuliertem Erziehungsstil (V. 57f.) gegenüber?
 Welcher Erziehungsstil scheint dir am passendsten?

²²⁰ **satius** = melius

²²¹ **mea sententia**: meiner Meinung nach

²²² ordne um: **qui credat imperium, quod vi fit, gravius aut stabilius esse quam illud (imperium), quod amicitia adiungitur**

²²³ **animum induco meum**: sich etw. vornehmen

²²⁴ **coactu'** = coactus

²²⁵ **suom** = suum

²²⁶ **dum id rescitum iri credit**: solange er entdeckt zu werden glaubt

²²⁷ **ill'** = ille

²²⁸ **praesens absensque**: ob unter deinen Augen oder nicht

²²⁹ **hoc patriumst**: das ist die väterliche Art

²³⁰ **hoc interest**: das ist der Unterschied zwischen ...

²³¹ **impero** 1: hier: erziehen, führen

Väterliche Toleranz 128

In einem seiner Freundesbriefe stellt Plinius der Jüngere der patria potestas, der „väterlichen Gewalt“, und einem allzu strengen väterlichen Regime eine mitmenschliche väterliche Toleranz entgegen. Irren ist menschlich; unter diesem Zeichen können Väter und Söhne leicht die Rollen tauschen, Alterstorheiten und Jugendtorheiten einander leicht die Waage halten:

C. PLINIUS IUNIORI SUO S.

Castigabat²³² quidam filium suum, quod paulo²³³ sumptuosius²³⁴ equos et canes emeret. Huic²³⁵ ego iuvene digresso²³⁶: „Heus²³⁷ tu, numquamne fecisti, quod a patre corrip²³⁸ posset? Fecisti dico! Non interdum facis, quod filius tuus, si repente pater ille²³⁹, tu filius, pari gravitate²⁴⁰ reprehendat? Non omnes homines aliquo errore ducuntur? Non hic in illo²⁴¹ sibi, in hoc²⁸ alius indulget²⁴²?“

Haec tibi admonitus²⁴³ immodicae severitatis exemplo pro amore mutuo scripsi, ne quando tu quoque filium tuum acerbius²⁴⁴ duriusque tractares²⁴⁵. Cogita et illum puerum esse et te fuisse²⁴⁶ atque ita hoc²⁴⁷, quod es pater, utere²⁴⁸, ut memineris et hominem esse te et hominis patrem! Vale!

Plinius selbst hatte keine Kinder. Seine erste und seine zweite Frau sind früh gestorben, auch seine dritte Ehe mit Calpurnia ist nach einer Fehlgeburt kinderlos geblieben.

1. Finde im Brief des Plinius je ein Beispiel für die folgenden Grammatik-Phänomene:

Grammatik-Phänomen	Textzitat
Abl. Abs.	
Fragepartikel	
Komparativ	
Konjunktiv Imperfekt	
Personalpronomen im Dativ	

²³² **castigo** 1: zurechtweisen, tadeln

²³³ **paulo**: ein wenig

²³⁴ **sumptuosus** 3: kostspielig, teuer

²³⁵ ergänze: **dixi**

²³⁶ **digredior** M, digressus sum: weggehen

²³⁷ **heus**: höre, Achtung, aufgepasst

²³⁸ **corripio** M: *hier*: tadeln, schelten

²³⁹ ergänze: **fiat**

²⁴⁰ **gravitas**, -atis f.: Schwere, *hier*: Nachdruck, Härte

²⁴¹ **in illo** – in hoc: in jener – in dieser Angelegenheit

²⁴² **sibi indulgere**: sich gehen lassen

²⁴³ **admoneo** 2, -ui, -itum: warnen, belehren

²⁴⁴ **acerbus** 3: streng, hart

²⁴⁵ **tracto** 1: behandeln

²⁴⁶ ergänze: **puerum**

²⁴⁷ **hoc**, quod es pater: die Tatsache, dass du der Vater bist

²⁴⁸ **utere** (Imp. Sg. des Dep.): gebrauchte, setze ein

2. Wie begründet Plinius seine Forderung nach Verständnis und Nachsicht gegenüber jungen Menschen? Nimm Stellung zu der Forderung des Plinius! Ist sie auch heute noch berechtigt?

Ein Collier von Söhnen 129

Eine Wanderaneddote zu Ehren der Mütter: Im griechischen Original tritt eine vornehme Ionierin mit einem kostbaren selbstverfertigten Gewebe einer namenlosen spartanischen Mutter gegenüber; die römische Version lässt eine geradeso vornehme Kampanierin mit ihren prächtigen Schmuckstücken auftrumpfen, und hier hat die stolze Mutter einen noblen römischen Namen:

Cornelia, Gracchorum mater, cum Campana²⁴⁹ matrona, apud illam hospita²⁵⁰, ornamenta sua pulcherrima illius saeculi ostenderet, traxit²⁵¹ eam sermone, donec e schola redirent liberi, et „haec“ inquit „ornamenta sunt mea.“

Eine Kunst des Vergessens 130

In seinem Dialog „Vom höchsten Gut und vom größten Übel“ wirft Cicero die Frage auf, ob man sich des Üblen geradeso wie des Guten erinnern solle und ob es überhaupt in unserer Macht stehe, woran wir uns erinnerten. In diesem Zusammenhang zitiert er eine Anekdote, die den griechischen Lyriker Simonides mit dem athenischen Feldherrn Themistokles, dem Sieger in der Seeschlacht von Salamis 480 v. Chr., zusammenführt; Simonides galt nach einer gängigen Überlieferung als Erfinder der Mnemotechnik („Kunst des Erinnerns“, „Gedächtnistraining“):

Themistokles quidem, cum ei Simonides an²⁵² quis alius artem memoriae polliceretur, „Oblivionis²⁵³“ inquit „mallem. Nam memini²⁵⁴ etiam quae²⁵⁵ nolo, oblivisci non possum quae³⁹ volo.“

Mit seiner Flottenrüstung und seinem Sieg bei Salamis hatte Themistokles das Hauptverdienst an der Selbstbehauptung der Griechen gegenüber der persischen Übermacht. Nichtsdestoweniger wurde er in der Folge durch ein Scherbengericht aus seiner Vaterstadt vertrieben, des Hochverrats angeklagt und in Abwesenheit zum Tode verurteilt. 465/464 v. Chr. suchte Themistokles beim Perserkönig Artaxerxes I. Zuflucht, der ihm Magnesia am Mäander, nahe Ephesos, als Lehen zuwies. Dort ist er einige Jahre später gestorben.

²⁴⁹ **Campanus** 3: aus Kampanien

²⁵⁰ **hospita**, -ae f.: Gast

²⁵¹ **traho** 3, traxi, tractum: hier: hinhalten

²⁵² **an quis alius**: oder irgendein anderer

²⁵³ ergänze: **artem**

²⁵⁴ **memini**, -isse: sich erinnern

²⁵⁵ **quae** = **ea**, **quae**

Nochmals vertagtes Leben 137

Ein halbes Jahrtausend nach dem Sophisten Antiphon hat der Moralist Seneca das Paradox des ungelebten, aufs Morgen vertagten Lebens in seinen Altersbriefen mehrfach wiederaufgenommen:

Quidam vero tunc incipiunt²⁵⁶, cum desinendum est. Si hoc iudicas mirum, adiciam, quod magis admireris: quidam ante vivere desierunt, quam inciperent.

... et multos transisse vitam²⁵⁷, dum vitae instrumenta²⁵⁸ conquirunt? Recognosce²⁵⁹ singulos, considera universos: nullius non vita spectat in crastinum²⁶⁰. Quid in hoc sit mali, quaeris? Infinitum²⁶¹. Non enim vivunt, sed victuri sunt: omnia differunt. Etiamsi attenderemus, tamen nos vita praecurreret; nunc vero cunctantes quasi aliena vita transcurrit et ultimo die finitur, omni perit²⁶².

„Morgen lebst du?“ 138

Martial hat den Zielfiguren seiner Spottgedichte vielfach sprechende Namen gegeben. Der hier auf sein ewiges „Morgen, morgen“ angesprochene, am Anfang und am Ende viermal auf seinen Namen festgelegte „Postumus“ stammt aus dem alten, alterslosen Adel derer, „von und zu Spät“.

Cras te victurum, cras dicis, Postume, semper:

dic mihi, cras istud, Postume, quando venit?

Quam longe cras istud! ubi est? aut unde petendum?

Numquid apud Parthos Armeniosque latet?

Iam cras istud habet Priami vel Nestoris annos. 5

Cras istud quanti²⁶³, dic mihi, possit emi?

Cras vives? Hodie iam vivere, Postume, serum est:

ille sapit, quisquis, Postume, vixit heri.

Nachdem die Parther und die Armenier am Rande des Römischen Reiches zu Nachbarn im Global Village geworden sind, hat sich das „Morgen“ des lateinischen Originals von diesen Randvölkern ein Stück weiter hinter den Mond und den Mars zurückgezogen.

²⁵⁶ **incipiunt** <vivere>

²⁵⁷ **vitam transire** = am Leben vorbeigehen

²⁵⁸ **instrumenta**, -orum n = die Mittel

²⁵⁹ **recognoscere** = h. überprüfen

²⁶⁰ **in crastinum** = auf morgen

²⁶¹ **infinitum** = unendlich viel

²⁶² **perire** = h. ungenützt verstreichen

²⁶³ **quanti**: um welchen Preis?

„Wär's vergönnt uns beiden ...“ 140

Vierzehn Elfsilbler im Irrealis: eine Klage um die verlorene Muße, um das an gleichgültige Verpflichtungen verlorene „wahre Leben“. Martials Gedicht ist an den vertrauten Freund und Namensvetter Julius Martialis gerichtet; die „Atrien“ voller „stolzer Ahnenbilder“ deuten auf den lästigen Klientendienst des Dichters, die „Prozesse“ und das „öde Forum“ auf die Anwaltstätigkeit des Freundes:

Si tecum mihi, care Martialis,
securis liceat frui diebus,
si disponere tempus otiosum
et verae pariter vacare vitae:
nec nos atria nec domos potentum 5
nec lites tetricas²⁶⁴ forumque triste
nossemus nec imagines superbas;
sed gestatio²⁶⁵, fabulae, libelli,
campus, porticus, umbra, virgo²⁶⁶, thermae,
haec essent loca semper, hi labores²⁶⁷. 10
Nunc vivit necuter²⁶⁸ sibi, bonosque
soles²⁶⁹ effugere atque abire sentit,
qui nobis pereunt et inputantur. 13
Quisquam vivere cum sciat, moratur?

Die lateinischen Worte „... pereunt et inputantur“ (V. 13) sind am Turm des Palazzo del Municipio von Palermo zum Uhrenspruch geworden.

Leerlauf der Termine 141

Für den Römer der klassischen Zeit waren Stadt und Land getrennte Lebenswelten: Da steht die „Stadt“ für die „negotia“, die vielerlei verpflichtenden, zeitraubenden „Geschäfte“ und Termine, das „Land“ für das „otium“, die „Muße“, die den Menschen zu sich kommen, zu sich selbst kommen lässt. Von seinem Landgut bei Laurentum am Meer blickt der jüngere Plinius zurück auf seine alltäglichen städtischen Verpflichtungen gegenüber seiner zahlreichen Klientel – Geschäfte und Termine, die aus der ländlichen Perspektive dieses „wahren abgesehenen Musenorts“ vollends sinnentleert erscheinen:

²⁶⁴ **tetricus** 3: ernst, streng

²⁶⁵ **gestatio**, -onis f.: Ausflug

²⁶⁶ **virgo**, -inis f.: hier: Brunnen

²⁶⁷ **labores**: hier: Tagwerk

²⁶⁸ **necuter**: keiner von beiden

²⁶⁹ **sol**, solis: hier: Sonntag

Mirum est, quam singulis diebus in urbe ratio aut constat²⁷⁰ aut constare videatur, pluribus iunctisque²⁷¹ non constat. Nam si quem interrogas „Hodie quid egisti?“, respondeat: „Officio togae virilis²⁷² interfui, sponsalia aut nuptias frequentavi, ille me ad signandum testamentum, ille in advocationem, ille in consilium²⁷³ rogavit.“ Haec, quo die²⁷⁴ feceris, necessaria, eadem, si cotidie fecisse te reposes, inania videntur, multo magis cum secesseris²⁷⁵. Tunc enim subit recordatio: „Quot dies quam frigidis rebus absumpsi!“ (E) Quod evenit mihi, postquam²⁷⁶ in Laurentino²⁷⁷ meo aut lego aliquid aut scribo aut etiam corpori vaco²⁷⁸, cuius fulturis²⁷⁹ animus sustinetur. 5 Nihil audio quod audisse, nihil dico quod dixisse paeniteat; nemo apud me quemquam sinister sermonibus²⁸⁰ carpit²⁸¹, neminem ipse reprehendo, nisi tamen me cum parum commode scribo; nulla spe nullo timore sollicitor, nullis rumoribus inquietor: mecum tantum et cum libellis loquor. 6 O rectam sinceramque vitam! O dulce otium honestumque ac paene omni negotio²⁸² pulchrius! O mare, o litus, verum secretumque μουσεῖον²⁸³, quam multa invenitis²⁸⁴, quam multa dictatis! 7 Proinde²⁸⁵ tu quoque strepitum²⁸⁶ istum inanemque discursum²⁸⁷ et multum ineptos²⁸⁸ labores, ut primum²⁸⁹ fuerit occasio, relinque teque studiis vel otio trade. 8 Satius est²⁹⁰ enim, ut Atilius²⁹¹ noster eruditissime simul et facetissime dixit, otiosum esse quam nihil agere. Vale. (E)

²⁷⁰ **ratio constat**: die Rechnung geht auf

²⁷¹ ergänze: **diebus**

²⁷² **officium togae virilis**: Verleihung einer Bürgertoga (Feier der Volljährigkeit)

²⁷³ **consilium**, -i n.: Rechtsgutachten

²⁷⁴ **Konstruktionshilfe: die, quo**

²⁷⁵ **secedo** 3, -cessi, -cessum: sich zurückziehen

²⁷⁶ **postquam** + Ind. Präs. = jedes Mal wenn

²⁷⁷ **Laurentinum**, -i: Laurentinum: Landgut des Plinius, ca. 25km von Rom

²⁷⁸ **vacare** + Dat.: Zeit haben für

²⁷⁹ **fultura**, -ae f.: Stütze

²⁸⁰ **sinistri sermones**: widerwärtiges Gerede

²⁸¹ **carpere**: zerpflücken, kritisieren

²⁸² **negotium**, -i n.: Tätigkeit im öffentlichen Leben

²⁸³ **mouseion**: Musenheiligtum

²⁸⁴ **invenire**: *hier*: finden lassen

²⁸⁵ **proinde**: deshalb, darum

²⁸⁶ **strepitus**, -us m.: Lärm

²⁸⁷ **discursus**, -us m.: Betriebsamkeit

²⁸⁸ **ineptus** 3.: töricht, unnützlich; multum ineptus = ineptissimus

²⁸⁹ **ut primum**: sobald

²⁹⁰ **satius est**: melius est

²⁹¹ **Atilius Crescens**: Jugendfreund des Plinius

Ausstieg aus dem Getriebe 144

Ausstieg: Dieses Stichwort galt in der frühen römischen Kaiserzeit dem Rückzug aus den belastenden forensischen und politischen Verpflichtungen, sei es zu einer literarischen Tätigkeit, sei es zu einem Epikureischen Nichtstun. Scharfsichtig durchleuchtet Seneca die widersprüchliche Seelenlage zwischen dem Liebäugeln mit dem Ausstieg aus jenen „elendigen Plackereien“ und dem Festhängen an den lieb gewordenen Boni ebendieser Plackereien:

Facile est autem, mi Lucili, occupationes evadere, si occupationum pretia²⁹² contempseris; illa sunt, quae nos morantur et detinent. „Quid ergo? Tam magnas spes relinquam? Ab ipsa messe discedam? Nudum erit latus, incomitata lectica, atrium vacuum?“ Ab his²⁹³ ergo inviti homines recedunt et mercedem miseriarum amant, ipsas exsecrantur²⁹⁴. Sic de ambitione, quomodo de amica, queruntur; id est: si verum affectum eorum inspicias, non oderunt, sed litigant. Excute istos qui, quae cupiere, deplorant et de earum rerum loquuntur fuga, quibus carere non possunt; videbis voluntariam esse illis in eo moram, quod²⁹⁵ aegre ferre ipsos et misere loquuntur. Ita est, Lucili: paucos servitus, plures servitatem tenent.

Drinnen und draußen 145

Non quia difficilia sunt, non audemus, sed quia non audemus, difficilia sunt.

Wo liegt die Schwierigkeit? In den Dingen? In uns selbst? In unserer Sicht auf die Dinge? IN seinen „Worten an sich selbst“, „Wegen zu sich selbst“, hat Marc Aurel den Befreiungsschlag gegen die äußeren Umstände in einen paradoxen Aphorismus gefasst:

„Heute bin ich aus allem, was wir an äußeren Umständen um uns haben, hinausgetreten. Nein: vielmehr habe ich alle diess äußeren Umstände hinausgeworfen. Denn draußen waren sie gar nicht, sondern drinnen in meinen Annahmen.“

²⁹² **pretium**, -i n.: Belohnung

²⁹³ **ab his**: von diesen Dingen

²⁹⁴ **exsecror** 1: verwünschen

²⁹⁵ **quod**: relative Verschränkung

Eiserne, fordernde Zeit – labor omnia vincit 156

In seinem Lehrgedicht von der Landarbeit beschreibt Vergil die Ablösung der Goldenen Zeit durch die Eiserne Zeit unter Jupiters Regime als eine gottgegebene herausfordernde Chance. Erst mit dem Versiegen der üppigen Fruchtbarkeit, erst durch die Nötigung zu fortwährender „Anstrengung“ (labor) und zur Erfindung von vielerlei „Künsten“ (artes) sei der Mensch vollends zum Menschen, zum ingeniösen Homo Faber geworden:

121	Pater ipse colendi haud facilem esse viam voluit, primusque per artem movit agros, curis acuens mortalia corda nec torpere gravi passus sua regna veterno.	pater: gemeint ist Jupiter colo 3: (das Land) bebauen moveo 2: aufbrechen, umgraben acuo 3: „schärfen“, anspornen, antreiben veternus , -i: Alter, Lethargie, Untätigkeit
125	Ante lovem nulli subigebant arva coloni: ne signare quidem aut partiri limite campum fas erat; in medium quaerebant, ipsaque tellus omnia liberius nullo poscente ferebat. Ille malum virus serpentibus addidit atris	ante lovem: d.h. im goldenen Zeitalter signare, limite partiri: Tätigkeiten des Feldvermessers in medium: zu gemein-samen Gebrauch virus , -i n.: Gift
130	praedarique lupos iussit pontumque moveri, mellaque decussit foliis ignemque removit et passim rivis currentia vina repressit, ut varias usus meditando extunderet artis paulatim, et sulcis frumenti quaereret herbam,	praedor 1: Beute machen decutio M: herabschlagen, wegnehmen passim (Adv.): überall extundo 3: ausschlagen, (hier:) s. erwerben artis = artes sulcus , -i: Furche silex , -is m.: Kiesel, Feuerstein
135	ut silicis venis abstrusum excuderet ignem. Tunc alnos primum fluvii sensere cavatas; navita tum stellis numeros et nomina fecit Pleiadas, Hyadas, clamorque Lycaonis Arcton. Tum laqueis captare feras et fallere visco	abstrusus 3: verborgen sensere = senserunt alnos (alnus, -i f.)... cavatas (cavo1): „ausgehöhlte Erlen“ (= Einbäume) navita = nauta Pleiadas etc: s. unten laqueus , -i: Schlinge viscum , -i: Vogelleim inventum <est>
140	inventum et magnos canibus circumdare saltus; atque alius latum funda iam verberat amnem alta petens, pelagoque alius trahit umida lina. Tum ferri rigor atque argutae lammina serrae (nam primi cuneis scindebant fissile lignum),	saltus , -us m: (Gebirgs-)Wald funda , -ae: Wurfnetz alta petens: „und lässt es bis auf den Grund absinken“ pelagus = mare linum , -i: Lein, Faden; (hier:) Netz; argutus 3: helltönend, kreischend; lammina , -ae: Blech serra , -ae: Säge; cuneus , -i: Keil;
145	tum variae venere artes. labor omnia vicit improbis et duris urgens in rebus egestas.	fissilis , -e: spaltbar; venere = venerunt; improbis 3: (hier:) unermesslich; urgeo 2: (be-)drängen

Pleiades, -um, Akk.: Pleiadas f.: die Plejaden = das Siebengestirn (in der griech. Mythologie sieben Töchter des Atlas)

Hyades, -um, Akk.: Hyadas f.: die Hyaden („die Regnenden“: Sieben Sterne, Schwestern der Plejaden, die das Haupt des Stieres bildeten, und deren Aufgang gewöhnlich Regen ankündigte)

Lycaon, -onis: König in Arkadien (später zur Strafe von Jupiter in einen Wolf verwandelt)

Arctos, -i: Bär; hier ist das Sternbild der Bärin gemeint = Kallisto, die Tochter Lykaons, die in eine Bärin verwandelt wurde

Aus dem summierenden „Labor omnia vicit“, „Mühsal eroberte alles, gewann Herrschaft über alles“, ist bereits in der Antike das geflügelte sprichwörtliche „Labor omnis vincit“ in dem ganz anderen, simplen Sinne „Anstrengung bezwingt alles“ aufgefliegen.

„Nichts ist uns Sterblichen allzu steil ...“ 166

Die dritte Ode des Horaz, die erste nach den Widmungsgedichten, gibt anfangs dem nach Athen aufbrechenden Dichterfreund Vergil ein freundliches Geleit, um dann in die schauernde Besinnung auf die Schuld des „tollkühn“ von einem „Frevel“ zum anderen „dahinstürmenden Menschengeschlechts“ umzuschlagen. Die Überfahrt über die Adria lässt Horaz mit Schauern an die erste Seefahrt der Argonauten und andere mythische Grenz-überschreitungen gegenüber den vier Elementen denken: an den Feuerdiebstahl des Prometheus, den Flug des Dädalus und Ikarus, die Unterweltsfahrt des Herkules. Die letzte Strophe deutet auf den himmelstürmenden Kampf der Giganten gegen die Olympischen Götter, das klassische Exempel für den sträflichen Frevel gegen die göttliche Weltordnung, hin:

<p>(E)</p> <p>30</p> <p>35</p> <p>(E)</p> <p>40</p>	<p>Audax omnia perpeti gens humana ruit per vetitum nefas; audax lapeti genus ignem fraude mala gentibus intulit;</p> <p>post ignem aetheria domo subductum macies et nova febrium terris incubuit cohors semotique prius tarda necessitas leti corripuit gradum. Expertus vacuum Daedalus aera pennis non homini datis;</p> <p>perrupit Acheronta Herculeus labor.</p> <p>Nil mortalibus ardui est; caelum ipsum petimus stultitia neque per nostrum patimur scelus iracunda lovem ponere fulmina.</p>	<p>perpetior M: ertragen</p> <p>ruo 3: rennen, (voran-)stürmen</p> <p>lapetus, -i: s. unten</p> <p>post ignem subductum: „nachdem das Feuer ... entwendet worden war“</p> <p>macies, -ei f.: Magerkeit, Dürre</p> <p>incumbo 3, incubui: sich auf etw. legen</p> <p>semotus 3: entfernt, entlegen (verbinde mit „leti“)</p> <p>tardus 3: langsam, spät eintretend</p> <p>corripio M, -ui: beschleunigen</p> <p>expertus <est> (experior): erproben, s. in etw. versuchen</p> <p>perrumpo 3, -rupi: aufbrechen</p> <p>Acheronta, Herculeus: s. unten</p> <p>nil ardui = nihil (nimis) arduum</p>
---	---	---

Iapetus, -i (Ἰάπετος): ein Gigant, Vater des Atlas, Epimetheus und Prometheus; mit „Iapeti genus“ ist konkret Prometheus gemeint, der den Menschen das Feuer gebracht hat.

Acheron, -ontis, Acc. -onta: myth. Fluss in der Unterwelt, den die Schatten überqueren mussten; auch für die Unterwelt selbst gebraucht.

Herculeus 3: Adj. zu Hercules; Anspielung auf die Unterweltsfahrt des Herkules

„Wir sind der Welt zur Last“ – **onerosi sumus mundo** 167

Viele Jahrhunderte, bevor der „Club of Rome“ unsere Zeit an die „Grenzen des Wachstums“ gemahnte, hat der Kirchenvater Tertullian im frühen 3. Jahrhundert n. Chr. mit rhetorischer Brillanz das unaufhaltsame Vordringen der Kulturlandschaften bis in die entlegensten Winkel des „Erdkreises“ hinein vor Augen gestellt und geradezu die „Belastung“ der ursprünglichen, natürlichen Welt durch das „Überhandnehmen des Menschen“ beklagt:

Certe quidem ipse orbis in promptu est²⁹⁶ cultior de die et instructor pristino²⁹⁷. Omnia iam pervia, omnia nota, omnia negotiosa, solitudines famosas²⁹⁸ retro²⁹⁹ fundi amoenissimi oblitteraverint³⁰⁰, silvas arva domuerunt³⁰¹, feras pecora fugaverunt, harenae³⁰² seruntur, saxa panguntur³⁰³, paludes eliquantur³⁰⁴, tantae urbes (sunt), quantae non casae quondam. Iam nec insulae horrent³⁰⁵ nec scopuli³⁰⁶ terrent; ubique domus, ubique populus, ubique res publica, ubique vita.

Summum testimonium frequentiae³⁰⁷ humanae (est): Onerosi³⁰⁸ sumus mundo, vix nobis elementa sufficiunt, et necessitates artiores³⁰⁹ et querellae apud omnes (fiunt), dum iam nos natura non sustinet. Revera lues³¹⁰ et fames et bella et voragines³¹¹ civitatum pro remedio deputanda³¹² (sunt), tamquam tonsura³¹³ insolescentis³¹⁴ generis humani.

²⁹⁶ **in promptu est**: steht zur Verfügung

²⁹⁷ **pristino** <die>: Vergleichsablativ

²⁹⁸ **famosus** 3: berüchtigt

²⁹⁹ **retro** (Adv.): vorher, einst

³⁰⁰ **oblittero** 1: auslöschen, in Vergessenheit geraten lassen

³⁰¹ **domo** 1, -domui: bezwingen, kultivieren

³⁰² **harena**, -ae: Sand(fläche)

³⁰³ **pango** 3: bepflanzen

³⁰⁴ **eliquo** 1: ausläutern, durchsehen; hier: trocken legen

³⁰⁵ **horreo** 2: von etw. starren; hier: Schrecken verursachen

³⁰⁶ **scopulus**, -i: Klippe

³⁰⁷ **frequentia**, -ae: große Anzahl, Menge

³⁰⁸ **onerosus** 3: lästig, beschwerlich

³⁰⁹ **artus** 3: eng, knapp, beschränkt, dringlich

³¹⁰ **lues**, -is f.: Seuche

³¹¹ **vorago**, -inis f.: Schlund, Abgrund; hier: Untergang

³¹² **deputare pro** = halten für

³¹³ **tonsura**, -ae: (Schaf-)Schur, Beschneiden (der Bäume); Zurückschneiden

³¹⁴ **insolesco** 3: das rechte Maß überschreiten, zu sehr zunehmen

„Niemals tue ich mehr ...“ 174

Der Glücksfund eines Palimpsests in der Vatikanischen Bibliothek im Jahre 1820 hat uns mit Ciceros verloren geglaubter Schrift „Über den Staat“ ein großartiges, einzig hier bezeugtes Mußwort wiedergegeben, dessen illustre Zitiergeschichte im Lateinischen bis zu dem älteren Scipio und im Verborgenen wohl noch ins Griechische hinaufreicht. Cicero hat es in der Einleitung zu seinem politologischen Hauptwerk dem jüngeren Scipio Africanus, dem Sieger im 3. Punischen Krieg, in den Mund gelegt, und der zitiert es dort aus einem – uns verlorenen – Werk des alten Cato als einen Lieblingsausspruch seines Großvaters, des älteren Scipio Africanus, des Siegers im 2. Punischen Krieg:

Numquam plus ago, quam cum nihil ago;

numquam minus solus sum, quam cum solus sum.

Cicero erklärt das doppelte, so raffinierte wie schlichte Paradox (E):

(28) Quis enim putare vere potest, plus egisse Dionysium³¹⁵ tum cum omnia moliendo³¹⁶ eripuerit civibus suis libertatem, quam eius civem Archimedes³¹⁷, cum istam ipsam sphaeram³¹⁸, nihil cum agere videretur, ... effecerit? Quis autem non magis solos esse, qui in foro turbaque, quicum conloqui libeat³¹⁹, non habeant, quam qui nullo arbitro³²⁰ vel secum ipsi loquantur, vel quasi doctissimorum hominum in concilio adsint, cum eorum inventis scriptisque se oblectent?

Quis vero divitiorem quemquam putet quam eum, cui nihil desit, quod quidem natura desideret, aut potentiosem quam illum, qui omnia, quae expetat, consequatur, aut beatiorem quam qui sit omni perturbatione animi liberatus, aut firmiore fortuna quam qui ea possideat quae secum³²¹ - ut aiunt - vel e naufragio³²² possit eferre? ...

(29) Ut mihi Platonis illud³²³, seu³²⁴ quis dixit alius, perelegans esse videatur: Quem cum ex alto³²⁵ ignotas ad terras tempestas³²⁶ et in desertum litus detulisset, timentibus ceteris propter ignorationem locorum, animadvertisse dicunt in arena geometricas formas quasdam esse descriptas; quas ut vidisset, exclamavisse ut bono essent animo; videre enim se hominum vestigia; quae videlicet ille non ex agri consitura³²⁷, quam cernebat, sed ex doctrinae indiciis interpretabatur.

Quam ob rem, Tubero³²⁸, semper mihi et doctrina et eruditi homines et tua ista studia placuerunt.

³¹⁵ **Dionysius I** (ca. 432 – 367 v.Chr.): Tyrann von Syrakus

³¹⁶ **molior** 4: in Bewegung setzen

³¹⁷ **Archimedes**, -is (287 – 212 v.Chr.): berühmter Mathematiker und Mechaniker aus Syrakus

³¹⁸ **ista ... sphaera**: gemeint ist das 7-Planten-Modell („Sphäre“), das Archimedes entworfen hat

³¹⁹ **libet**: es beliebt, es gefällt

³²⁰ **nullo arbitro** (abl. abs.): ohne (Ohren-)Zeugen

³²¹ Anspielung auf das berühmte Zitat „sapiens omnia sua secum portat“

³²² **naufragium**, -i: Schiffbruch

³²³ **illud**: jener bekannte Ausspruch, jene bekannte Geschichte

³²⁴ **seu** = sive: „oder mag es auch“

³²⁵ **ex alto**: von der hohen See

³²⁶ **tempestas**, -atis f.: Sturm

³²⁷ **consitura**, -ae: das Bepflanzen, Besäen

³²⁸ **Tubero**: Name eines der Gesprächspartner im Rahmen des (fiktiven) Dialogs

Das Höhlengleichnis (E)

Platon, Civitas Liber Septimus 514 – 517d, aus einer griech.-latein. Platon-Edition von Carolus Ernestus Christophorus Schneider, Paris 1877.

Der hier in lateinischer Sprache wiedergegebene Text zählt zu den bekanntesten literarischen Zeugnissen der griechischen Philosophie. Er entstammt einem der Hauptwerke des griechischen Philosophen **Platon**, der 427 bis 347 v. Chr. in Athen lebte. Neben seinem eigenen philosophischen Gedankengebäude verdanken wir ihm die Erinnerung an seinen berühmten Lehrer Sokrates, der selbst nichts Schriftliches hinterließ.

Auch im folgenden Text, der dem siebten Buch Platons *Politeia* entnommen ist, tritt **Sokrates** im Zwiegespräch mit Platons Bruder Glaukon als Redner auf. In dieser Schrift wird die Frage des idealen Staates erörtert, an dessen Spitze die Philosophen stehen.

In dem sogenannten **Höhlengleichnis** skizziert Sokrates den Werdegang eines Philosophen, indem er den Weg zur Erkenntnis durch den Vergleich mit Menschen, die in einer Höhle gefangen sind und allmählich ans Licht geführt werden zu veranschaulichen sucht. Zugleich spiegelt die Darstellung Platons Ideenlehre: Es gibt die Idee des Guten, des Schönen, des Gerechten, ... Sie existiert aber nicht in dieser Welt. Die Menschen können sich nur, wenn sie ihre Seele bilden, an diese Ur-Ideen erinnern. Auf der Welt existieren dagegen nur Abbilder der wahren Ideen. Doch je mehr der Mensch nach Erkenntnis strebt, desto näher kann er den wahren Ideen kommen. Folglich ist der Philosoph der beste Staatslenker, weil er die Idee des Guten und Gerechten am unmittelbarsten geschaut hat.

[Socrates] Post haec, inquam, naturam nostram, quod ad eruditionem eiusque contrarium attinet³²⁹, huiusmodi casu³³⁰ compara³³¹ : videre te puta³³² homines in subterraneo specu apertum³³³ ad lucem ostium³³⁴, tam latum³³⁵, quam specus patet, habente³³⁶; a pueris³³⁷ crura³³⁸ et cervices⁹ ita devinctos³³⁹, ut et immobiles ipsi sint et anteriora³⁴⁰ solum³⁴¹ prospiciant, capita vero ob vincula circumducere nequeant ; post tergum autem superne ac procul ignis lumen accensum³⁴² interque ignem et vinctos viam superne interiectam¹⁴; secundum³⁴³ quam³⁴⁴ parietem videre te puta⁴ exstructum, quales³⁴⁵ praestigiatōres hominibus obiectos habent cancellos¹⁷, super quibus sua miranda³⁴⁶ demonstrant.

³²⁹ **quod attinet ad ...:** was ... betrifft / anbelangt

³³⁰ **casus, us m.:**

Vorgang,

Geschehen, Ereignis

³³¹ **comparare + Dat.:** vergleichen mit ...

³³² **puta / vide + Acl:** sich (im Geiste) etw. vorstellen - „denke dir“, „stell dir vor“

³³³ **apertum:** Attribut zu *ostium*; ordne: *ostium ad lucem apertum*

³³⁴ **ostium, i:** Zugang, Eingang; Akkusativobjekt zu *habente*

³³⁵ **latum:** Apposition zu *ostium*

³³⁶ **habente:** Attribut zu *specus*; übersetze mit Attributsatz

³³⁷ **a pueris:** von Kindheit an, von klein auf

³³⁸ **crura, cervices:** Akkusative der Beziehung – Deutsch: „wo?“ („an ...“)

³³⁹ Erganze: <homines> ... ita devinctos <esse>

³⁴⁰ **anteriora (n.Pl.):** auf das vor ihnen (Liegende), geradeaus

³⁴¹ **solum adv.:** nur, allein, einzig, blo

³⁴² Ordne u. erganze: lumen ignis accensum <esse> et viam inter ignem et vinctos superne interiectam <esse>

³⁴³ **secundum praep. + Akk.:** langs, entlang

[Glaucón:] Video, inquit.

[Socrates] Iam³⁴⁷ secundum¹⁵ hunc parietem homines vide⁴ ferentes vasa varia supra parietem eminentia statuasque hominum et alia animalia lapidea et lignea modisque variis fabricata, atque, ut consentaneum est, qui ea praeterferunt, partim silentes, partim loquentes.

[Glaucón] Mirificam, inquit, imaginem et mirificos narras³⁴⁸ vinctos.

[Socrates] Similes nobis, inquam. Nam ita comparatos num primum putas aliud quicquam vel sui ipsorum vel alteros alterorum vidisse praeter umbras, quae ex igne in adversam ipsis speluncaem partem cadunt ?

[Glaucón] Qui tandem³⁴⁹, inquit, si immobilia per totam vitam capita habere coacti sint ?

[Socrates] Quid autem eorum, quae praeterferuntur ? Nonne hoc idem?

[Glaucón] Quidni ?

[Socrates] Iam si colloqui inter se eis liceret, nonne putas eos haec, quae viderent, tamquam praesentia appellare se existimatuos ?

[Glaucón] Necesse est.

[Socrates] Quid vero ? Si etiam percussae ex adversa parte carceris redderentur voces, quotiens praetereuntium aliquis loqueretur, putasne ipsos aliud quid loqui existimatuos, nisi umbram praetereuntem?

[Glaucón] Minime per loquem, inquit.

[Socrates] Omnino igitur, inquam, tales nihil verum esse arbitrarentur, nisi fabricatum rerum umbras.

[Glaucón] Ita prorsus necesse est, inquit.

[Socrates] Iam considera, inquam, qualis foret eis vinculorum solutio insipientiaeque curatio, si haec eis natura contingerent : quotiens quis solutus esset cogere subitò surgere, cervicem vertere, ambulare, lumen aspicere, haec autem omnia faciens doleret et propter splendorem cernere non posset illa, quorum tunc umbras cernebat, quid eum dicturum putas, si quis ei diceret tunc eum nugae vidisse, nunc vero magis ei, quod est, appropinquasse et ad veriora conversum rectius videre ; ad haec praetereuntium quodque

³⁴⁴ **quam <viam>**: Übersetze als rel. Anschluss mit Demonstrativpron.

³⁴⁵ **quales cancellos**: Apposition zu *parietem* „eine Mauer, wie / vergleichbar den Schranken, welche ...

³⁴⁶ **miranda**: „Kunststücke“

³⁴⁷ **iam**: nun, ferner, außerdem

³⁴⁸ **narrare + O4**: Deutsch „erzählen von ...“, „sprechen über ...“

³⁴⁹ **qui tandem**: „wie denn auch“, „wie in aller Welt sollten sie“ (... etwas anderes sehen)

monstrans³⁵⁰, quid esset, interrogatum respondere cogeret ? Nonne eum haesitatum putas arbitraturumque veriora esse, quae tunc cernebat, quam quae nunc ostenduntur?

[Glaucón] Multa veriora, inquit.

[Socrates] Et si cogeret eum lumen³⁵¹ ipsum aspiciere, nonne dolore oculorum affectum iri fugientemque ad ea, quae cernere potest, reversum re vera clariora haec existimaturum esse, quam quae monstrantur?

[Glaucón] Ita, inquit.

[Socrates] Si vero, inquam, aliquis eum per aspera atque ardua sursum traheret violenter neque remitteret antequam ad solis lucem extraxisset³⁵², nonne doliturum et inter trahendum aegre laturum, et adductum ad lucem oculis splendore impletis nihil omnino eorum, quae nunc vera dicuntur, visurum?

[Glaucón] Nihil certe subito, inquit.

[Socrates] Consuetudine igitur, ut arbitror, opus esset supera conspecturo, et umbras primum facillime cerneret, post in aquis hominum ceterorumque simulacra, ipsa vero deinde; postea quae in caelo sunt, et ipsum caelum noctu facilius contemplaretur, astrorum et lunae lucem spectans, quam interdiu solem et lucem eius.

[Glaucón] Procul dubio.

[Socrates] Atque ita postremo, opinor, solem non iam in aquis neque aliena in sede simulacra eius, sed ipsum per se suo in loco spectare et, qualis sit, videre poterit.

[Glaucón] Necesse est, inquit.

[Socrates] Et hoc iam facto colliget³⁵³ ipsum hunc esse, qui tempestates praebeat et annos et omnia regat, quae in loco visibili sunt, eundemque omnium, quae ipsi viderent, quodam modo esse auctorem.

[Glaucón] Certum est, inquit, huc illum hisce³⁵⁴ gradibus ascensurum.

[Socrates] Quid ergo ? Si habitationem pristinam memoria repetat et eius sapientiam atque vinculorum ibi socios, an non censes eum gratulari sibi mutationem, illos autem miserari ?

[Glaucón] Admodum.

[Socrates] Ac si qui honores ibi inter ipsos exhibebantur³⁵⁵ et laudes, dabanturque praemia illi, qui transeuntia³⁵⁶ acutissime cerneret recordareturque maxime, quae ex illis priora, quae

³⁵⁰ **praetereuntium quodque monstrans:** „wenn er auf jeden der vorüberziehenden Gegenstände zeigen würde“

³⁵¹ **lumen :** Geschlecht hier m.

³⁵² **extraxisset:** ergänze <ex specu> extraxisset

³⁵³ **colligo 3, legi, lectus:** „zusammenziehen / -rechnen“, den Schluss daraus ziehen, etwas folgern

³⁵⁴ **hisce** = his

³⁵⁵ **honores, laudes exhibere:** Ehren, Lob erweisen / spenden

posteriora, quae pariter ire solerent, atque ex his ventura optime praesagiret, haecne³⁵⁷ desideratum eum putas beatosque illos, qui apud eos honorantur et dominantur, existimatum, an <putas eum>, quod est apud Homerum, expertum vehementerque optatum, ut ruri serviat alii viro inopi et quidlibet perpetiatur potius, quam illa opinetur et isto modo vivat ?

[Glaucón] Hoc, inquit, puto, quidlibet eum potius, quam vitam eiusmodi electum.

[Socrates] Iam hoc quoque consideres, inquam : si rursus iste descenderet eandemque sedem teneret, nonne recens a sole veniens tenebris offusos haberet oculos³⁵⁸ ?

[Glaucón] Admodum, inquit.

[Socrates] Ac si iam umbras illas rursus cognoscentem certare oporteret cum illis semper vinctis, quo tempore caecutiret³⁵⁹, antequam oculi constitissent³⁶⁰ (quod quidem tempus assuescendi non admodum breve esset), nonne risum concitaret dicereturque ex eo, quod sursum ascendisset, corruptos retulisse oculos et ne contendendum quidem ad supera esse, et eum, qui solvere³⁶¹ conaretur et sursum ducere³⁶², si manibus prehendere possent et occidere, occiderent?

[Glaucón] Prorsus, inquit.

[Socrates] ... sed mihi quod videtur, hoc est, in intelligibili <ideam> postremam boni ideam eamque vix conspici ; conspectam autem iudicandum esse³⁶² <eam> omnibus omnium rectorum atque pulchrorum esse causam, cum in loco visibili lucem creaverit et lucis auctorem, in intelligibili vero ipsa auctoritatem omnem teneat, veritatis et rationis effectrix. Quam nosse necesse sit, quicumque sana mente vel privatim vel publice sit acturus.

Vaticanum II – Nostra aetate, art. 3 (1965) (E)

Nostra Aetate (lat. für „In unserer Zeit“, so die Anfangsworte) heißt die „Erklärung über die Haltung der Kirche zu den nichtchristlichen Religionen“, die das Zweite Vatikanische Konzil formulierte und die Papst Paul VI. am 28. Oktober 1965 rechtskräftig verkündete. Sie anerkennt Wahres und Heiliges in den anderen Religionen und bestätigt die bleibende Erwählung des Judentums, in dem das Christentum wurzelt.

Ecclesia cum aestimatione quoque Muslimos respicit, qui unicum Deum adorant, viventem et subsistentem, misericordem et omnipotentem, Creatorem caeli et terrae, homines allocutum, cuius occultis etiam decretis toto animo se submittere student, sicut Deo se

³⁵⁶ **transeuntia** = transeuntis umbras

³⁵⁷ **haec** = haec praemia (et honores et laudes)

³⁵⁸ **tenebris offusos haberet oculos** : „würde sich (da) nicht Finsternis über seine Augen legen?“

³⁵⁹ **quo tempore caecutiret** = eo tempore, quo caecutiret

³⁶⁰ **consisto 3, stiti**: (auf die Finsternis) einstellen

³⁶¹ **solvere, ducere**: Ergänze als Objekt „sie“ (die noch in der Höhle gefangen sind)

³⁶² **conspectam autem iudicandum esse**: „hat man sie aber gesehen, dann muss man zur Einsicht gelangen“

submisit Abraham, ad quem fides islamica libenter sese refert. Iesum, quem quidem ut Deum non agnoscunt, ut prophetam tamen venerantur, matremque eius virginalem honorant Mariam et aliquando eam devote etiam invocant. Diem insuper iudicii exspectant, cum Deus omnes homines resuscitados remunerabit. Exinde vitam moralem aestimant et Deum maxime in oratione, eleemosynis et ieiunio colunt.

Quodsi in decursu saeculorum inter Christianos et Muslimos non paucae dissensiones et inimicitiae exortae sint, Sacrosancta Synodus omnes exhortatur, ut praeterita obliviscentes se ad comprehensionem mutuam sincere exercent et pro omnibus hominibus iustitiam socialem, bona moralia necnon pacem et libertatem communiter tueantur et promoveant.

Novum Testamentum (E)

Mt 16, 21-28 Die erste Ankündigung von Leiden und Auferstehung Jesu

21 Exinde coepit Iesus ostendere discipulis suis quia oporteret eum ire Hierosolimam et multa pati a senioribus et principibus sacerdotum et scribis et occidi et tertia die resurgere.

22 Et assumens eum Petrus coepit increpare illum dicens: " Absit a te, Domine; non erit tibi hoc ".

23 Qui conversus dixit Petro: " Vade post me, Satana! Scandalum es mihi, quia non sapis ea, quae Dei sunt, sed ea, quae hominum! ".

24 Tunc Iesus dixit discipulis suis: " Si quis vult post me venire, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me.

25 Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam; qui autem perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.

26 Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, animae vero suae detrimentum patiat? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?

27 Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis, et tunc reddet unicuique secundum opus eius.

28 Amen dico vobis: Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno suo ".

Mt 25, 1-13 Das Gleichnis von den zehn Jungfrauen

1 Tunc simile erit regnum caelestium decem virginibus, quae accipientes lampades suas exierunt obviam sponso.

2 Quinque autem ex eis erant fatuae, et quinque prudentes.

3 Fatuae enim, acceptis lampadibus suis, non sumpserunt oleum secum;

4 prudentes vero acceperunt oleum in vasis cum lampadibus suis.

5 Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes et dormierunt.

6 Media autem nocte clamor factus est: "Ecce sponsus! Exite obviam ei".

7 Tunc surrexerunt omnes virgines illae et ornaverunt lampades suas.

8 Fatuae autem sapientibus dixerunt: "Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostrae exstinguuntur".

- 9 Responderunt prudentes dicentes: “Ne forte non sufficiat nobis et vobis, ite potius ad vendentes et emite vobis”.
- 10 Dum autem irent emere, venit sponsus, et quae paratae erant, intraverunt cum eo ad nuptias; et clausa est ianua.
- 11 Novissime autem veniunt et reliquae virgines dicentes: “Domine, domine, aperi nobis”.
- 12 At ille respondens ait: “Amen dico vobis: Nescio vos”.
- 13 Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam.

Mt 25, 14-30 Das Gleichnis vom anvertrauten Geld

- 14 Sicut enim homo peregre proficiscens vocavit servos suos et tradidit illis bona sua.
- 15 Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuique secundum propriam virtutem, et profectus est. Statim
- 16 abiit, qui quinque talenta acceperat, et operatus est in eis et lucratus est alia quinque;
- 17 similiter qui duo acceperat, lucratus est alia duo.
- 18 Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terra et abscondit pecuniam domini sui.
- 19 Post multum vero temporis venit dominus servorum illorum et ponit rationem cum eis.
- 20 Et accedens, qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta dicens: “Domine, quinque talenta tradidisti mihi; ecce alia quinque superlucratus sum”.
- 21 Ait illi dominus eius: “Euge, serve bone et fidelis. Super pauca fuisti fidelis; supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui”.
- 22 Accessit autem et qui duo talenta acceperat, et ait: “Domine, duo talenta tradidisti mihi; ecce alia duo lucratus sum”.
- 23 Ait illi dominus eius: “Euge, serve bone et fidelis. Super pauca fuisti fidelis; supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui”.
- 24 Accedens autem et qui unum talentum acceperat, ait: “Domine, novi te quia homo durus es: metis, ubi non seminasti, et congregas, ubi non sparsisti;
- 25 et timens abii et abscondi talentum tuum in terra. Ecce habes, quod tuum est”.
- 26 Respondens autem dominus eius dixit ei: “Serve male et piger! Sciebas quia meto, ubi non seminavi, et congrego, ubi non sparsi?”
- 27 Oportuit ergo te mittere pecuniam meam nummulariis, et veniens ego recepissem, quod meum est cum usura.
- 28 Tollite itaque ab eo talentum et date ei, qui habet decem talenta:
- 29 omni enim habenti dabitur, et abundabit; ei autem, qui non habet, et quod habet, auferetur ab eo.
- 30 Et inutilem servum eicite in tenebras exteriores: illic erit fletus et stridor dentium”.

Mt 25, 33-48 Vom Weltgericht

- 31 Cum autem venerit Filius hominis in gloria sua, et omnes angeli cum eo, tunc sedebit super thronum gloriae suae.
- 32 Et congregabuntur ante eum omnes gentes; et separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab haedis,
- 33 et statuet oves quidem a dextris suis, haedos autem a sinistris.
- 34 Tunc dicet Rex his, qui a dextris eius erunt: “Venite, benedicti Patris mei; possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.
- 35 Esurivi enim, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere; hospes eram, et collegistis me;
- 36 nudus, et operuistis me; infirmus, et visitastis me; in carcere eram, et venistis ad me”.
- 37 Tunc respondebunt ei iusti dicentes: “Domine, quando te vidimus esurientem et pavimus,

aut sitientem et dedimus tibi potum?

38 Quando autem te vidimus hospitem et collegimus, aut nudum et cooperuimus?

39 Quando autem te vidimus infirmum aut in carcere et venimus ad te?"

40 Et respondens Rex dicet illis: "Amen dico vobis: Quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis".

41 Tunc dicet et his, qui a sinistris erunt: "Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui praeparatus est Diabolo et angelis eius.

42 Esurivi enim, et non dedistis mihi manducare; sitivi, et non dedistis mihi potum;

43 hospes eram, et non collegistis me; nudus, et non operuistis me; infirmus et in carcere, et non visitastis me".

44 Tunc respondebunt et ipsi dicentes: "Domine, quando te vidimus esurientem aut sitientem aut hospitem aut nudum aut infirmum vel in carcere et non ministravimus tibi?"

45 Tunc respondebit illis dicens: "Amen dico vobis: Quamdiu non fecistis uni de minimis his, nec mihi fecistis".

46 Et ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam".

Papst Benedikt XVI über die Bedeutung der *latinitas* im modernen Europa

Papst Benedikt XVI. hat die Teilnehmer und Organisatoren des Lateinwettbewerbs "Certamen Vaticanum" in Audienz empfangen, wie "Radio Vatikan" berichtet. In seiner lateinischen Ansprache erzählte der Papst, er habe schon als Kind die Sprache der Römer gelernt, und auch später sei Latein immer gegenwärtig gewesen; bei der Beschäftigung mit der Theologie genauso wie in seinem "langen Dienst beim Apostolischen Stuhl". "Deshalb freut es mich, heute auf dem Stuhl Petri diese lateinische Sprache zu verwenden, um die Vermittler und Zeugen dieser großen Autorität, die ihr seid, herzlich zu grüßen. In Latein, das für mich so etwas wie die Hausprache ist, empfangen Sie die Sieger und Organisatoren des berühmten Certamen Vaticanum. Außerdem will ich vor allen euch ermuntern und anspornen, dass ihr unsere lateinische Literatur, sei sie nun antik oder modern, weltlich oder geistlich, nicht nur mit ehrendem Eifer bewahrt, sondern sie auch mit neuen Ideen lehrt und sie vornehmlich den jungen Menschen nahe bringt." Die Ansprache des Papstes im Wortlaut:

01 Notissimum omnino vobis in primis est atque omnibus ubique intuentibus Nostrum

02 sermonis Latini studium, a prima aetate Nostra comprobatum. Usus autem linguae Latinae

03 Nostra in vita cotidianus fere, immo perpetuus adhuc fuit - tum in theologiae studiis, tum

04 in Apostolicae Sedis longinquo ministerio. Hac de causa perplacet Nobis iam in Petri

05 Cathedra eandem hodie adhibere linguam Latinam ut tantae auctoritatis interpretes ac

06 testes, quales estis vos, familiariter consalutemus, ut celeberrimi Certaminis Vaticani

07 victores atque curatores veluti domestico Nostro idiomate Latino recipiamus, ut pro viribus

08 cohortemur incitemusque vos ante omnes ad litteras nostras Latinas, tam antiquas quam

09 recentiores, tam saeculares quam sacras, omni cultu ac fervore non tantum adservandas,

10 verum etiam novis rationibus docendas et inter iuniores potissimum propagandas.

11 Officium hoc ad Opus Fundatum "Latinitas" tamquam ad exemplum curarum et

12 sollicitudinum Ecclesiae de illo sermone spectat. Vestrum nempe erit adiuvere Nos ut

13 linguae Latinae consuetudinem in Ecclesia corroboremus atque in ritibus et disciplinis

14 ecclesiasticis inculcemus, ne infiniti eorundem monumentorum thesauri pereant neve
huius

15 instrumenti praestantissimi usus evanescat. Aderit semper Latinitatis ubique cultoribus,

16 sicut vobis, favor perpetuus Noster, animus propensus et supernum pariter Dei lumen,

17 quod per Apostolicam Nostram Benedictionem amanter vobis vestrisque impertitam Nos

18 fidentes devocamus.

01: **Nostrum** = Meum

04: **Nobis** = Mihi;

07: **idioma**, -tis n. Sprache; pro viribus = nach Kräften

09: **fervor**, oris Eifer, Leidenschaft

10: **ratio**, onis f. Methode, Idee

12: **sollicitudo**, inis f. Sorge, Bemühen; specto¹ hier: abzielen auf, sich beziehen

13: **corroboro**¹ stärken, kräftigen

14: **inulco**¹ einprägen, einschärfen

16: **propensus** ³ geneigt, willig; supernus³ göttlich

17: **impertio** ⁴ zuteilen, gewähren, schenken

18: **fidens**, entis zuversichtlich, glaubensstark